Universitätsbibliothek Paderborn

Manvale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando defectum aliquem conspicimus. Exercit. 44

urn:nbn:de:hbz:466:1-53232

Visual Library

quamuis in temporalibus omnia nobis contra voluntatem eueniant, in ſpiritualibus tamen indies proficiamus & maius augmentum capiamus.

Oblatio.

OFferemus nos totos diuinæ ordinationi: Deumq; obteſtabimur, vt de nobis & rebus noſtris ita diſponat: quemadmodum ad gloriam honorem & obſequium ſuum magis cedere nouerit.

Quando defunctum aliquem conſpicimus.

Exercit. 44.

Pſalm. 15. Vos autem ſicut homines moriemini.

Hebr. 9. Statutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem, iudicium.

Apoc. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Eccl. 42 O mors quam amara eſt memoria tua, homini pacē habenti in ſub ſtātiis ſuis.

Conſideratio.

COnſiderabimus. Nos etiam aliquādo morituros eſſe: neq; tamē diem horam mortis cognitā habere.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo, quod vitam & tempus pœnitentię nobis proroget, noſque miſericorditer ad cõuerſionem expectet.

Confuſio.

PVdore ſuffundemur, conſiderando, quam negligẽtes & pigri ſimus in eo perficiendo, propter quod nobis donata eſt vita: cum tamen illa breuiſſima & incertiſſima ſit.

Petitio.

PRecabimur Deum, vt largiatur nobis continuam mortis memoriam: & gratiam benè impendendi tempus vitæ noſtra: orabimus etiam pro defuncto, vt Deus illum regni ſui cœleſtis conſortem faciat.

Oblatio.

OFferemus Deo Patri, mortem vnigeniti filij ſui Redemptoris noſtri, vt per merita illius animæ defuncti huius miſereatur: vitamque noſtram reformet, noſq; ad bonam & fœlicem mortem diſponat.